



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ
Provinciæ Saxonæ S. Crucis**

Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz

Nevhsii, 1706

VD18 10502327

Titulus III. De Feria & Vigiliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)

infra Octavam, simplici, Feria, aut Vigilia. Privata autem auctoritate vel devotione Commemorationem addere, illicitum est. Vide nostrum SPÖRER *part. 2. cap. 6. sect. 4. §. Addere.*

TITULUS II.

De Semiduplici et Simplici. Hic clarus est.

TITULUS III.

De Feria et Vigilia.

N. 2. **I**N Vigiliis autem & Feriis quatuor temporum, vel feria 2da Rogationum qua veniunt infra Octavam, Missa (intellige Conventualis) dicitur de Vigilia vel Feriis supradictis cum Commemoratione octavae, in his casibus discordat Missa ab Officio, quia his Missis propriis convenit, ut cedat ea Missa quæ infra octavam sæpius repetitur, præterquam infra Octavam Corporis Christi. Unde infra hanc, non de Vigilia S. Joannis, sed de Octava celebranda erit Missa. Ibi. *In Missis autem privatis, dicitur Missa de Octava cum Commemoratione Vigiliæ aut feriarum prædictarum. Ibi. Si autem in die Vigiliæ vel prædictis Feriis fiat Officium de aliquo festo, tunc dicitur etiam Missa Conventualis, de festo cum Commemoratione Octavae, Vigiliae, vel feriarum prædictarum.*

N. 4. *Missa Vigiliae in Adventu occurrentis, dicitur cum Commemoratione feriae Adventus, licet de ea (Vigilia) non sit factum Officium. Ratio est eadem, quam supradiximus de Vigilia infra Octavam.*

N. 5. *Si in Quadragesima & quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicitur Missa de feria cum Commemoratione Vigiliae.*



TITU-